

nire, tanquam subditum ad effectum effugiendi ejus forum, & jurisdictionem, juxta dictum quartum casum, & de hoc agitur in specie sub tit. de jurisd. disc. 55. & d. disc. 24. in annotat. ad Conc. in hoc Supplemento ubi videndum, cum pariter sit extra questionem.

Ubi vero (ut in casu præfco) negetur clericatus contra privatum, per ipsum clericum, qui dicat quod non incederet in habitum neque requisita Concilii servaret, eo quia statum sacularem potius, quam clericalem tunc promeretur, ut ita evitaret illum præjudicalem effectum qui ex clericatu resultaret; Et tunc nisi altera Pars bene doceat de requisitis, unde convincant contrarium, certum videri dicebam, ut sola negatio sufficeret, non solum ex regula, quod ille qui agendo se fundat in certa qualitate, istam tanquam suæ intentionis fundamentum justificare teneatur, ut ita offendat validum esse illum actum, ex quo agit, juxta distinctionem quam inter actorem, & reum habemus receptam in omni materia, & præsertim sub tit. de donat. super puncto cuiusdam incumbat onus docendi de inscriptionis, aliarumque solemnitatum implemento, & sub tit. de benef. in proposito docendi de publicatione resignationis, cum similibus.

Sed fortius quoniam retento statu retractabili clerici in minoribus esse res, quæ pender ab animo, & voluntate ipsius Clerici, qui potest clericatum dimittere, non solum expressè cum formali dimissione, sed etiam tacite, & implicite contrahendo matrimonium, aut se adscribendo militiæ seculari, vel exercendo officia secularia clericis incongrua, ex iis quæ habentur sub tit. de pens. disc. 46. & seq. occasione amissionis, quoniam ut ibi advertitur, id non provenit ratione irregularitatis quæ bellando vel officia secularia exercendo incurritur, sed quia suscipiendo hunc statum incompatibilem, ita declarat dicitur ejus animum dimitrendi clericatum, Igitur ista declaratio animi sit, etiam factis, atque sicuti fit cum susceptione dicti status, ita etiam dimittendo habitum clericalem, atque negligendo servire in divinis; Porro si ubi ipsemet qui id agit declarat eo animo fecisse: Illiusque voluntatis administratum resultare quousque advertentem ex circumstantia superioris insinuat quod scilicet professus est vel in instrumentum adhibere solemnitates statutorum secularium.

Hinc in proposito hujus casus quod scilicet ille cui obicitur clericatus, eum neget in una Interim. Salviani disputata in Rota coram Bourlemon pro Ferdinando Patrono in qua pro hit resolutio 15. Januarii 1675. revocatoria alterius coram eodem, occasione agendi de attentat-

is; Cum in priori decisione una tantum Parte informante edita, dictum fuisset attentatum esse executionem sententiæ in Salviano, bene in reliquis justificata per Ferdinandum obtenta, factam infra legitima tempora ad appellandum ratione clericatus ejusdem Victoris per quem cessante Egidiana causa esset appellabilis, juxta illas irrationabiles formalitates, de quibus in hac materia sub tit. de judic. disc. 37. illis non impugnatis, non ut placeant, sed quia sic vivatur, dicebam pro exclusione attentatorum idem quod supra, quod scilicet cum clericatus non allegetur per ipsum clericum pro effectu favorabili, & privilegiativo, sed per ejus adversarium ad effectum odiosum iplo clerico illum negante, rigorosè, justificari debet, cum illa qualitate, quæ ad hujusmodi effectus productionem necessaria est, dum potuit ipsemet habere diversum animum, à quo status retractabilis mutatio pendet.

Fortius verò ex isto casu, in quo docebatur quidem per litteras Episcopi sive per particulam registri Ordinariorum de susceptione tonsuræ, sed nullatenus constabat quod quandoque habitum susceperit, atque in divinis interfuerit, adeo ut fuerit in statu clerici, quod nimum considerabile dicebat, quasi quod ipse status nimum inceptis, adeo ut incessus in habitu, & omisso servitii non inducat privationem juris quæ sit vel immutationem impressi, sed potius declaret animum se non constituturum in eo statu juxta generales distinctiones quas habemus inter non assequutionem, & privationem rei affectuæ, de quibus sub tit. de benef. disc. 70. & seq. & sub tit. de testam. disc. 73. & de fidei. 154. & de præsum. disc. 23. & alibi.

Et quamvis etiam abique ista actualitate per solam colationem tonsuræ legitime factam ab habente potestatem juxta ea quæ habentur disc. 24. in annotat. ad Concil. & disc. 1. in Miscellan. Ecclesiasticis. ita constituitur persona in hierarchia clericali, & in ordine Ecclesiastico, ad instar illius qui dicitur miles eo ipso quod contracta solemnitate per Ducem ipso volente adscribitur militiæ quamvis postmodum negligat accipere arma, & militare, adeo ut hoc non obstante subjaceat quoque cumulative foro Ecclesiastico juxta firmata dicta disc. 54. de jurisdic. & alibi: Attamen id non procedit quoad effectus favorabiles ipsi ita malè agentis, minisque ad favorem tertii privati, sed solum quoad superiores, à cuius potestate non potest cum solo facto suo se eximere ab illo quasi contractu, qui iniri dicitur inter Episcopum vel alium Prælatum, ideoque distractus sequi debet cum eodem reciproco consensu, cum quo contractus initus est, ut locus citatis, & alibi pluries advertitur.

S U M M A R I U M.

- 1 Certa regula prohibitoria alienationis bonorum Ecclesiarum, neque tollit possessionem.
- 2 De inspectionibus sub alienationis prohibita recensentur.
- 3 Qui actus veniant sub alienationis prohibita recensentur.
- 4 Si facti locatio, vel concessio ultra triennium, corruit in totum etiam pro triennio.
- 5 Quid si facti pro triennio cum pacto renovationis.
- 6 Quomodo fiat annorum, vel triennii computatio.
- 7 Impositio servitutis est prohibita.
- 8 Item impositio census.
- 9 An hypotheca veniat sub prohibita alienatione.
- 10 Quid de transactione.
- 11 Et quid de compromissa.
- 12 De suppressione, unione, divisione, & aliis.
- 13 Ecclesiarum, Monasteriorum, & Conventuum cadunt sub prohibitione activa.
- 14 Quid de locis piis, societatibus, & hospitalibus laicorum.
- 15 Ut bona Ecclesiastica non alicui alienari prohibita, debent esse quæ sita, & incorporata.
- 16 Secus autem ubi agitur de querendis.
- 17 Stabilia vera veniunt sub prohibitione.
- 18 Item census, canonice, livelli, loca montium, & similia.
- 19 Nisi agatur de eorum necessaria retrovenditione.
- 20 Jurisdictiones etiam, & præmunitia veniunt sub prohibitione.
- 21 Prohibitio procedit etiam si in aliam Ecclesiam, vel personas Ecclesiasticas fiat alienatio.
- 22 Quid de pecunia.
- 23 Et quid de animalibus.
- 24 De incisione arborum.
- 25 De Moleminis.
- 26 Ultra solemnitatem requiritur causa, quam solemnitas non supplet, & que sit causa.
- 27 Ad regulandam causam attenditur tempus contractus.
- 28 Circa causam non deservit assertioni Prælati, vel executoris.
- 29 An consensu Capituli etiam hodie requiratur.
- 30 De clausula vocatis vocandis.
- 31 Non præst. beneplacitum Apostolicum non bene exequitur.
- 32 Non attenditur alia subreptio, vel obreptio nisi ea, quæ respiciat causam.
- 33 Justificatio causæ fieri debet ex actis, nisi antiquitas temporis cum observantia accedat.
- 34 De beneplacito Apostolico presumpto, & quando intret.
- 35 Qualis ad hunc effectum debeat esse observantia.
- 36 Quando obstat presumptio beneplaciti, non obstante lapsu temporis.
- 37 De Constitutione Urbani VIII. tollente Apostolicum beneplacitum.
- 38 A quo tempore metienda sit centesima per dictam Constitutionem præservata.
- 39 Eadem Constitutio præservat ea, quæ in litem deducta erant.
- 40 Mobilia, & nomina debitorum, ac similia non cadunt sub prohibitione.
- 41 Cessat prohibitio, ubi ille, qui bona concessit, alienandi facultatem dedit.
- 42 Ac etiam in Ecclesiis, que sit incapax retinendi, & declaratur incapax.
- 43 Item in alienatione necessaria ex causa retractum, vel redemptionis.
- 44 Vel in casu præfco necessitatis.
- 45 Et in bonis modici valoris ad materiam cap. terrulas.
- 46 Vel in querendis, & non incorporatis, & supra n. 15. & 16.
- 47 Alienatio fructuum, vel commoditatis non est prohibita.
- 48 Concordia inter eundem Ecclesiæ ministros non cadit sub prohibitione.
- 49 Neque cadunt bona concessa solita.
- 50 De requisitis hujus conclusionum, & quando dicantur bona concessa solita.
- 51 Postea nullitate, an restituantur fructus, & quando.

- 52 Quæ solemnitates de jure requirantur in alienatione bonorum Civitatis, seu Communitatis.
- 53 Quod sit deferendum locorum legibus, & usibus, & quales isti sint.
- 54 Laudabilis est, ut populus representetur a certo Consilio Card. de Luca Lib. VII.
- 55 Civium qualificatorum, quam sit ille totus congregetur.
- 56 Causa necessitatis, vel utilitatis semper est necessaria, & non suppletur per solemnitates.
- 57 Civitas, vel Communitas constituitur jure pupilli, vel minoris.
- 58 Impositio census, vel servitutis, aut amissio jurium incorporalium veniunt sub prohibita alienatione.
- 59 In Regno Neapolitano etiam obligationes Civium particularium pro Communitatibus sunt invalidæ.
- 60 Non possunt alienari, vel obligari bona Communitatis etiam accedente solemnitate, & causa in præjudicium aliquorum particularium jus habentium.
- 61 An requiratur solemnitas substationis.
- 62 De additione in dem.

III.

- 63 De duplici materia inspectione.
- 64 De jure communi prohibito filiorum familias est pro solo interesse patris.
- 65 Atque juramentum tollit omne impedimentum, quod à jure manet.
- 66 Quando pater non habet ususfructum, cessat obstaculum in actibus inter vivos.
- 67 Frequentes questiones in materia cadunt ratione jurium municipalium.
- 68 Juramentum facit quoque cessare Statuta etiam Papalia, nisi derogetur.
- 69 An, & quando leges laicales derogent etiam juramento, & operentur in actibus juratis.
- 70 Ubi juramentum non obstat, quando actus gesti cum filio familias valeant statuto prohibitorio non obstante.
- 71 Præsertim quando dicatur vivere seorsum, & publice negotiari.
- 72 Statutum Urbis, an locum habeat cum districtualibus.
- 73 Attento hoc statu consensus patris est pro interesse non pro solemnitate, quod regulariter ubique procedit.
- 74 In beneficiis, & pensionibus, aliisque spiritualibus, non adest patria potestas.
- 75 Quando pater tanquam legitimus administrator filii alienat, seu alias pro eo contrahat, & quomodo.

IV.

- 76 Ea que de minoribus à jure communi statuta sunt, cessant ex juramento.
- 77 Quando secus, & an sit peculiare minorum, & in quo ista differant à majoribus.
- 78 De differentia nullitatis resultantis à jure communi, vel à statuto.
- 79 An nullitas allegetur à tertio, & de differentia inter unam & alteram nullitatem.
- 80 De solemnitatibus statutariis remissivè.
- 81 Concurrentibus Statuto particulari loci subditi, & altero loci dominantis, quale attendi debeat, & an utrumque, & quid de Egidiana.
- 82 Quid de concursu Statutorum Urbis 112. & 151.
- 83 Quid disponat hæc Statuta, & quod impositio censuum sit alienatio stabilium.
- 84 Dos respectu minorum an sit privilegiata.
- 85 In beneficiis, & spiritualibus minor etas non attenditur.
- 86 Quid de minore assente se majorem.
- 87 Qualis dicatur major etas, & de variis legibus super hoc.
- 88 Si quis est major in patria, & minor in loco contractus, vel è contra qualis locus attendatur.
- 89 De accessu extra locum statuti, ut ibi fiat actus.
- 90 Minor Juris Doctor, vel professor, an gaudeat privilegio minoris, & quid de Mercatore.
- 91 De minore in judicio remissivè.
- 92 Mulieres majores de jure communi sunt habiles ad contrahendum.
- 93 In quibus casibus sint inhabilitati, Vellejani scilicet, & legis Julæ.
- 94 Utraque inhabilitatio cessat ex juramento.
- 95 In quo differant mulieres à viris attempta dispositione juris communis.
- 96 De invalida deterioratione doli juramento non obstante.
- 97 Quando etiam de jure communi, cessante juramento, cessat inhabilitatio de qua n. 93.
- 98 De questionibus cadentibus occasione Statutorum.
- 99 De veritate causæ ad formam Statuti Urbis, vel similitum.

S U M M A S I V E C O M P E N D I U M

Eorum, quæ continentur in hoc titulo de Alienationibus, & Contractibus prohibitis.

I N D E X R U B R I C A R U M.

- I. De alienatione bonorum Ecclesiæ, à n. 1. ad 52.
- II. De alienationibus, & contractibus Civitatum, sive Universitarum, à mm. 53. ad 62.
- III. De alienationibus, & contractibus filiorum familias, à n. 63. ad 75.
- IV. De alienationibus, & contractibus minorum, a nu. 76. ad 91.
- V. De alienationibus, & contractibus mulierum, à n. 92. ad 107.

- VI. De alienationibus, & contractibus prodigi, vel amentis, à n. 106. ad 112.
- VII. De alienationibus, & contractibus super bonis, ad quorum titulum clericus est ordinatus, à n. 113. ad 115.
- VIII. De alienationibus, & contractibus factis per carceratum, vel subditum, à n. 116. n. 117.
- IX. De alienationibus, & contractibus in forenses; Et de bonis litigiosis, à n. 118. ad 119.
- X. De sponsionibus, ludis, stocchis, civantiis, & aliis prohibitis, à n. 130. ad 135.

- 100 Quomodo istæ quæstiones decidende sint.
 - 101 Solemnitates desiderantur etiam cum alia muliere, vel etque privilegio.
 - 102 Quid in contrahibus cum pia causa, vel Ecclesia.
 - 103 Non desiderantur in contrahibus mercatorum.
 - 104 Neque in actibus judicialibus.
 - 105 De aliis casibus, in quibus idem procedat nemp̄ si coram Principe, vel alienum negotium gerendo, vel in actibus necessariis.
 - 106 Actus non solennes non obligant, sed attenduntur ad probandum.
 - 107 Ex causa dotis solemnitates non desiderantur.
- VI.
- 108 De amentium inhabilitate.
 - 109 Hebetudo mentis hunc effectum non operatur.
 - 110 Quid operetur hebetudo mentis in actibus obligatoriis.
 - 111 De actibus gestis a prodigo, & quando sint invalidi cum aliis ad materiam.
 - 112 Juramentum, & sive pie cause non operatur.
- VII.
- 113 Clerici seculares non prohibentur alienare, vel contrahere etiam de bonis Ecclesiasticis inter viros circa fraudem.
 - 114 Non autem Clerici regulares, & de ratione.
 - 115 Fallit conclusio, de qua n. 113. in bonis, ad quorum titulum, qui est ordinatus, & quomodo.
- VIII.
- 116 De obligationibus, & contrahibus carcerati.
 - 117 De illis subditi cum superiore, vel cum Judice, Notario Apostolico, Medico, & similibus.
- IX.
- 118 De materia prohibitionis alienationis in forenses.
 - 119 De materia prohibitionis alienationis rei litigiosæ.
- X.
- 120 Sponsionum contrahens an valeant, & quando non, & super quibus fieri non possint.
 - 121 An intret lesio, vel inæqualitas.
 - 122 An valeat sponsio super casu, qui tunc jam evenit.
 - 123 In hac materia sponsionum strictè proceditur, quod declaratur.
 - 124 De materia ludi, quoadque pro eo non detur actio, etiam si debitum ex causa ludi in aliam causam debendi convertatur.
 - 125 De circumstantiis, & siccibus &c.
 - 126 De aliis alienandi prohibitionibus particularibus in feudis, & fideicommissis, &c.
 - 127 De duplici specie transactionis, vel transigentium.
 - 128 Sine lite non datur transactio, sed quoad ipsos transigentes, sufficit lis habitualis, vel ejus justus timor, & modica dubitatio, quæ ab unius Doctoris opinione resultat.
 - 129 Debet tunc in dæni, vel dimitti, sed etiam modicum, quoad ipsos sufficit.
 - 130 Transactio erronea, vel ex falso præsupposito est invalida.
 - 131 Datur etiam lesio in transactione ad terminos text. in l. 2. C. de rescind. vend.
 - 132 Quando transactio afficiat feudatarium, vel emphyteutam, seu fideicommissarium, jure proprio venientem independenter.
 - 133 Non bene congruunt contra tertium venientem jure proprio ca, quæ procedant contra ipsos transigentes.
 - 134 Bona fides in dubio præsumitur, donec probetur contrarium.
 - 135 Transactio venit sub alienatione prohibita, easdemque exigit solemnitates, & causas.

I.

De alienatione bonorum Ecclesiæ.

NEglectis, foro incongruis, atque Reipublicæ inutilibus quæstionibus, primitivæ Ecclesiæ usum concernentibus, circa temporalium bonorum, potius retentionem, quam alienationem prohibitam; Retentæque regulam prohibitive, utpotè apud bonos catholicos, nullam hodiè admittent quæstionem, ubi iusta causa, cum solemnitate juncta, vel aliqua peculiaris ejusdem regulæ limitatio non accedat; Adeoque actus remaneat nullus, ut neque privet possessione, cujus ratione interdictum etiam retinendæ Ecclesiæ competit.

Ad sex inspectiones univèrsi hæc materia restringi videtur; Primò nemp̄ ad prohibita alienationis species;

Secundò ad Ecclesias, piaque, vel ecclesiastica loca, quibus hæc prohibitio inest; Tertio ad qualitatem bonorum sub eadem prohibitionem cadentium; Quarto ad causam; Quintò ad solemnitatem; Et sexto ad casus exceptos, vel regulæ prohibitive limitationes.

Sub prohibita alienationis proprio, ac stricto vocabulo, sine dubio veniunt illi actus; per quos omnimodum, plenumque dominium ab Ecclesia abdicatur, atque in alterum transferatur, ut sunt, venditio, vel in solutum datio (quæ venditionis jure in omnibus censetur) donatio, & permutatio; Itemque illi actus, qui licet non pleni, ac omnimodi; subalterni tamen, sive utilis dominii in perpetuum, vel ad longum tempus antiquiori canonico jure, hodiè verò per modernam extravagentem, (cum qua vivitur); ultra triennium abdicentem, ac respectivè translationem importent, ut sunt, feudum, emphyteusis, locatio, censuatio, livellaria concessio, & similes.

Triplex quæstio cadente super triennalis temporis præscriptione; Primò nemp̄, quatenus pro majori tempore alienatio fiat, an solo excessu vitiatio, validus remaneat actus pro tempore permisso; Vel potius utili per inutile vitiatio, totus corrumpat, istaque posterior verior magisque recepta est.

Secundò ubi pro solo permisso tempore alienatio fiat sub lege renovationis ad aliud æquale, vel minus permittitur tempus, id sublineatur, receptaque distinctio est, an renovatio necessaria, & Ecclesiæ obligatoria sit, vel potius merè voluntaria, & libera, ut primo casu actus ab initio totus vitiatio, altero autem licitus, ac validus.

Et tertio circa supputationem anni; an scilicet ille attendi debeat, qui iuxta solarem cursum; duodecim mensium, seu 365. dierum spatio perficitur, ut communis est humani commercii usus, vel potius ab omnium fructuum perceptione, integraque collecta regulam accipere debeat, receptaque distinctio est inter fructus civiles, quos alii merè industrialis appellant, ac naturales, vel mixtos, à natura scilicet productos, hominis tamen industria indigentis; Ut in prima specie, de qua sunt, prædiorum urbanorum, censuum, vectigalium, decimarum, similibumque jurium fructus, ac emolumenta, solariscursus attendi debeat; In altera verò specie, integra quælibet collecta unum annum constituit, quamvis plurium solarium annorum decursum exigat.

Servitutum, aliorumque onerum realium impositio, quæ ipsorum bonorum substantiam percuciat, atque jus reale tribuat, ei cui concessio facta sit, sub prohibita alienationis genere venit; Prout etiam configuativi census impositio, utpotè rei stabilitis exigens subjugationem, ex veteriori, receptaque sententia, sub hac prohibitionem cadit.

Quæstio cadente super simplicis hypothecæ, in qua licet non modica scribentium pugna dignoscatur; Verius tamen decisio ex ea distinctione pendet, an ea sit specialis quæ ipsam rem, ejusque substantiam percuciat, eaque sub prohibitionem cadat; secus autem ubi solam commoditatem utpotè nudi facti pro jure Prælati, vel Rectoris; Multò verò magis, verum pignus cum actuali traditione prohibitum est; Generalis verò hypothecæ non prohibita ad effectum penarum, vel ejus exercitii super fructibus, vel commoditate, secus autem ubi jus reale inficiat, atque substantiam percuciat, unde connaturalis benè impositæ hypothecæ effectus resultare valeat judicialis executionis, ac alienationis.

Super transactione quoque inita in bonis, vel juribus alienari prohibitis, non modica Scribentium pugna est, an ea sub prohibita alienationis genere veniat, Aliquibus simpliciter affirmantibus, Aliis verò simpliciter negantibus; Aliisque distinguentibus, an Ecclesiæ controversa bona retineat, vel dimittat; Magis tamen communis, & recepta est prima opinio simpliciter negativa, quoties iura, vel bona diminutionem patiantur, vel servitutum, aliudque reale onus recipiant, nisi pro incerto litis eventum evitandum, bonisque, vel juribus sub ea existentibus accipiendis, vel conservandis, illæ res dentur, quæ alienari prohibite non sint.

Compromissum quoque, ubi tam de jure, quam de facto fiat, prohibitum est, quoties voluntarium, secus autem si necessarium sit utpotè iudicatum ab ea lege, quæ Ecclesiam quoque obliget.

Sub eadem prohibitionem quoque cadunt, suppressio dismembratio, divisio, subjectiva unio, vel prioris juris, ac reddituum diminutio, quæ substantiis vocabulo

bulo vulgò explicari solet, alique actus eundem effectum producentes, cum aliquibus moderationibus, de quibus in sua sede.

13 Altera est inspectio, quænam sint Ecclesiæ, vel ecclesiastica, pia loca, quibus hæc prohibitio inest; Istaque in Ecclesiis, & Monasteriis, aliisque locis, quæ non dubitetur esse verè ecclesiastica, exceptis casibus de quibus in ultima limitationum inspectione, modicum fereque nullam recipit dubitandi rationem, cadentem solum in laicorum Congregationibus, vel Oratoriis, aut Hospitalibus, & Montibus aliisque locis, vel operibus ad pietatem institutis sub laicorum administratione, in quibus dubitatio cadat, an verè ecclesiastica, vel solum pia dicenda sint, cum sola pietas, absque ecclesiastica qualitate, ad id non sufficiat; Neque Ordinarii jurisdictione in visitatione, vel rationum redditione ecclesiasticam qualiter inducit, nisi formalis erectio cum Ordinaria, vel Apostolica auctoritate, atque Ecclesiæ, & campana, aliaque signa accedant, ut in sua sede, cum ita facti potius, quam juris quæstio sit, uniformem propterea non recipiens regulam, sed pro singulorum casuum peculiarium qualitate decidenda.

14 Tertia est inspectio super bonis, vel juribus sub hac prohibitionem cadentibus, in quibus qualia qualia sint; Ea in primis intrat regula generalis, ut Ecclesiæ, vel ecclesiastico loco effectivè quæsitæ, & incorporata sint, adeò alienatio formalem dominii, vel juris jam quæsitæ abdicentem, ac patrimonii Ecclesiæ diminutionem importet, quamvis possessio de querendis, quoniam potest Prælati, vel Rectori non acquirere, atque abstinendo, alteri locum in eis aperire, vel relinquere, quinimò etiam translative cadere, dummodò id instantaneè sequatur, quoniam

15 ea instantanea acquisitio, que hujusmodi cessionis inesse dicitur, ex veteriori sententia non est considerabilis.

Non denegatis tamen Ecclesiæ remediis pro ejus reintegratio, quando hic actus iusta causa defuit, lesionem redolent contra Prælatum, vel administratorem, ac etiam contra ipsamet bona in subsidium ex restitutione in integrum.

Pocita illa qualitate acquisitionis; & incorporationis, circa controversiam est, sub hac prohibitionem venire ea bona, quæ per veritatem, utpotè soli, stabilia sunt, si vere de rebus, sive de urbanis agatur absque aliqua valoris discretionem, solum consideranda circa majores, vel minores solemnitates iuxta distinctionem, de qua in solemnitate Rubrica.

17 Ea verò, quæ per veritatem stabilia non sunt, sed ex legis fictione talia reputantur, sive tertiam speciem inter stabilia, & mobilia constituent, sub eadem prohibitionem cadunt, ut sunt, census reservativi, vel configuativi, canones, livelli, tributa, servitutis activæ, loca monasterii, seu iura cum Principe, vel Republica, & similia; Quoties tamen de voluntaria, secus autem si de necessaria alienatione agatur.

18 Jurisdictiones quoque, ac præeminentiæ, aliaque jura honorifica, & præeminentialia, multò verò magis realem utilitatem annexam habentia, sub eadem prohibitionem veniunt.

Atque in his omnibus, ac aliis, quæ eidem prohibitioni subiecta sunt, nil refert, an in sacularum, vel ecclesiasticarum personam alienatio fiat, cum etiam inter unam Ecclesiam, & aliam, quinimò inter eisdem Ecclesiæ capellas & beneficia, vel membra, eadem prohibitio uregat, cum declarationibus de quibus in ultima limitationum inspectione.

19 In pecunia, quæ in stabiliam, vel æquipollentium acquisitionem destinata est, sive in ea, quæ ad formam thesauri, vel peculii, pro Ecclesiæ stylo, vel dignitate retinetur, eadem viget prohibitio, qualis quoque dignoscitur in mobilibus valde pretiosis perpetuæ conservationi pro Ecclesiæ decore, pro eorum qualitate destinatis.

In se morientibus, nisi formalem universitatem constituant, ab antiquo possessam per speciem corporis, vel capitalis fructiferi pro facti qualitate eadem cadit prohibitio; Arborum quoque incitio est prohibita, ubi de silvis vis caduis non agatur, nisi in non caduis pro consuetudine id fiat ad rarefaciendum, vel alias meliorandum.

20 Et in molendinis distinctio est, an soli sint, vel mobilia in flumine tanquam navium species, ut in prima, non autem in secunda specie, prohibitio cadat.

21 Quarta est inspectio, (super qua frequentiores fori quæstiones circumferri solent), circa causam, quæ omnino

necessaria est, adeò ut beneplacitum Apostolicum, vel quæcumque alia solemnitas eam non suppleat; Illaque duplex est, necessitatis scilicet, quæ debet esse magna & præcisa, adeo ut alias occurrere non valeat, & utilitatis, quæ debet esse certa & evidens, unde propterea non sufficit abesse lesionem intra illam ratam, quæ in jure inter privatos permissa est, quoniam in damno esse dicitur Ecclesiæ, eo ipso, quod in hac materia non est in utilitate.

Ad hanc autem utilitatem metiendam, attenditur quidem tempus contractus, non curato, an ex insperato accidenti, obvenerit damnum, de tempore contractus probabiliter non prævitum; Ita tamen ut actus sequatur tempore calamitoso, vel alias accidentali, sed probabiliter utilitas perpetuo duratura speretur.

Neque circa hujusmodi necessitatis, vel utilitatis causam, Prælati, vel administratores, sive etiam executoris assertioni deferunt, sed de illa formiter, atque per sufficientes probationes confutare debet, cum in prohibitionis, confessionibus, vel assertionibus deferendum non sit, nè indirectè sequatur, quod est directè prohibitum, atque lex, verbis potius, quam rebus imposita dicatur.

Quinta est inspectio solemnitatum, super quibus, canonum dispositione atenta, quam plures cadebant quæstiones, & controversiæ, hodiè tamen sopite per moderniorum Pauli II. Constitutionem sub nomine Extravagantis in corpore juris registratam, per quam ubi de rebus modici valoris non agatur, præcisè necessaria est Apostolici beneplaciti solemnitas, sine qua relique omnes, quamvis diligenter adhibeantur, nihil profunt; Ea verò accedente, utpotè omnium suppleturam non fit, sensus Capituli, quod principaliter interscriptæ, & quidamque solemnitates per canones prescriptæ, (quidamque aliqui teneant); ex veteriori, ac recepta sententia, non desideratur; Quamvis beneplacitum contineret clausulam Vocatis Vocandis, intelligendam de iis, qui pro interesse formali, non autem pro solemnitate vocandi sunt.

Non sufficit autem hujus beneplaciti interventu, nisi ejus forma bene in omnibus impleatur, atque legitime executioni demandetur, cum paria sint, nullum adesse beneplacitum, vel adesse, sed male exequutum.

Hæc autem executio principaliter versatur super verificatione causæ, à qua pendet etiam ejusdem beneplaciti validitas, eaque concurrente, ac benè verificata, non de facili aliud subreptionis, vel obreptionis, vitium attenditur; Distinctio justificatio, ex actis, ac formalis processu resultare debet, nisi antiquitas temporis ultra trigefimum annum; cum legitima observantia junctum, hujusmodi justificationis præsumptionem inducat, eo modo, quo in quacumque sententia antiqua, & exequuta in jure habetur.

Ubi verò de explicito beneplacito Apostolico legitime exequuto, & justificato, ut supra, non constat; Juris communis dispositione atenta, prius quam ab Urbano VIII. Constitutio ederetur, ejusdem beneplaciti præsumptio resultat ex lapsu temporis longissimi 30. annorum, juncti cum observantia, adeò ut unum sine altero non sufficiat, istaque præsumptio geminatum productum effectum circa utrumque requisitum, dummodò tamen explicitus titulus accedat, unde propterea, fictio sed præsumptio, veritatis fundamentum habeat, nè alias detur præsumptum super præsumpto, vel in jure prohibita fictionum, ac præsumptionum multiplicatio, quæ circa idem admittenda solum est, quando unum veniat in consequentiam alterius.

Observantia vero, quæ copulative cum longissimi temporis decursu necessaria est, pacifica, continua, & univoca esse debet, unde interrupta, vel æquivoca, sive non continua non suffragatur, ideoque nil refert, si vel implementum plurium annorum dictum tempus constitutum.

Quia verò hæc simplex juris præsumptio est, contraria probatione, vel fortiori beneplaciti veri ex revocatio, hinc cessat; Vel quia negativa beneplaciti veri ex revocatione registorum, seu alias benè coarctata sit, ut ab aliquo moderno tempore post Urbis excidium, ac moderatam Summi Penitentiaris, ac aliorum potestatem est verificabile in aliis actibus, qui per Sac. Congregationes expediri non solent; Vel quod alius de negativa con-

fer; Sive quod ipse actus ex sui facie, damnus, seu iustae causae abentiam, redoleat, adeo ut, attento stylo, qui est voluntatis Papae regulator, Papa non esset verisimiliter concessurus, cum scilicet suppleri non possit, id quod verum esse non valeat.

Per dictam vero Urbani VIII. Constitutionem ista praesumptio, laicorum favore sublata est, praeservata solum ea, quae a centenario reseruit; Firma tamen remanente jure communis dispositione circa longissimi temporis observantiam in alienationibus, quae Ecclesiis, vel ecclesiasticis personis factae sint; Cadente quaestione, an centenaria per dictam Constitutionem praeservata, ab eadem Constitutionis tempore metienda sit, vel potius die alienationis, usque ad illam motae controversiae, probabiliorque videatur haec pars posterior.

Prout etiam ea, quae jam in litem deducta erant, ea quae a centenario praeservata, ut ex juris communis dispositione regulanda sint, ideoque longissimi temporis observantia sufficiat.

Ultima demum inspectio est, casuum exceptorum, seu fallentiarum regula prohibitoria, quae plures esse dignoscuntur; Primò scilicet generaliter in mobilibus, ac nominibus debitorum, ac aliis, quae non cadant sub eo bonorum genere, quod sub hac regula cadere, in tertia inspectione advertitur; Secundò ubi per eum, qui bona Ecclesiae ex liberalitate concessit, & qui poterat non concedere, ista lex, vel facultas adiecta sit, cum nullibi jus veteri dominum, quin haec legem rei suae praebet; Tertiò ubi Ecclesia, si capax quidem acquirendi, incapax autem retinendi; Idque dupliciter contingere potest; Vel quia incapacitas retinendi ex ejus instituto proveniat, ut sunt Domus professae Societatis Jesu, Minores observantes, (non tamen Observantiae strictioris,) Clerici Regulares, nuncupati Theatini, & similes; Vel quia de jure cautum sit, ut Ecclesia tanquam manus mortua retinere non valeat, ut in bonis emphyteuticis contingit, cum similibus; Quarto ubi alienatio necessaria sit, vel scilicet ratione juris redimendi, Vel ratione retractus legalis, Aut quod alias actus, necessitati potius, quam voluntatis referatur; Quinto ubi exigat imminens, ac praecia necessitas, cui alias occurri non valeat; Sexto ubi de rebus modici valoris ac terminis text. in capit. terrulas, quem receptum esse remanere incorruptum, ubi ejus forma, vel requisita ferventur; Septimò ubi de bonis, vel juribus quaerendis, & ad hoc Ecclesiae non incorporatis, quamvis alienatio per antecessens necessarium supponat praerambulam acquisitionem, quae tanquam instantanea non attenditur; Octavo ubi agatur de alienatione fructuum, vel commoditatis, adeo ut ipsorum bonorum substantiam alienatio non tangat, neque jus Ecclesiae minuat; Nono ubi inter ejusdem Ecclesiae ministros, & servientes super decimarum, & funeralium, aliorumque fructuum, & emolumentorum participatione transigatur, adeo ut ipsius Ecclesiae jure intacto remanent, contractus solum perinentiam, vel participationis modum percutiat; Et decimo, (quod frequentius in foro disputari contingit) ubi agatur de bonis concedi, vel alienari solitis.

Ad hujus autem limitationis verificationem, vel praxim, plura desiderantur; Primò nempe, ut inductum sit hoc solum, quod induci dicitur, Vel per unam concessionem solemnem effectum sortitam, Vel per duas non solemnes, quae continuato spatio quadraginta annorum effectum sortitae sint, Secundò, ut idem solum non alteretur in praedictum Ecclesiae, ac alias alteratio non alterat actum, atque utile per inutile vitiat; Et tertiò, ut accedat Ecclesiae utilitas, metienda de praesenti, non autem de tempore primae concessionis; Nisi nova concessio, seu renovatio sit necessaria, prohibita alteratione canonis, vel alterius oneris, ut in emphyteuticis renovationibus, quae ex Apostolicis indultis de necessitate debentur, in plerisque Italiae partibus praxis docet; Quarto, ut eadem concedendi causa seu ratio vigeat, adeo ut rerum status non sit imminutus; Quintò, ut bona non sint jam valde, ac perfecte incorporata cum aliis, quoties dicta necessitas renovationis non cogat.

Nullitate posita, fructus restituendi sunt, eosque possessores non facit suos, nisi nullitas adeo dubia sit, ut iustam praebet excusationem; Vel nisi agatur de fructibus censuum sponte solutis qui non reperiuntur, nec imputantur; Ex fructibus autem deducuntur expensae, ac etiam id quod in Ecclesia vel litatam versum est.

Pleraque alia in materia contingunt, quae utpote in foro rata, atque ex facti qualitate potius determinationem recipientia, in propria sede videntur. a

a De his omnibus discurs. 1. generali, & à disc. 2. ad 22.

II.

De alienationibus, & contractibus Civitatum, sive Communitatum, vel Universitatum.

Quamvis jus commune in alienationibus bonorum Civitatum, aliorumque locorum, Universitatem constituentium, alicubi sub Communitatis vocabulo explicatam, plures induxerit solemnitates, ut sunt, iudicis auctoritas, totius populi legitima congregatio, omnium congregatorum distincta descriptio, eorumdem consensus pro duabus ex tribus partibus, juramenti praestatio, subhastatio, iusta causa necessitatis, vel utilitatis, (atque juxta unam opinionem) Principis licentia; Praxim tamen docet, ut certa regula desuper statui non valeat, cum ob tot Principatum diversas leses, diversisque stylos, quinimò, & ejusdem Principatus provinciarum, vel partium eandem diversitatem, cujuslibet loci legibus, vel stylo particularibus deferre oporteat; Adeo ut ea, quae à juris communis dispositione, vel intentione derivant, pro hujusmodi legum particularium interpretatione, vel supplementatione deierire videantur; Alicubi enim, assensus Principis, vel eius Vicarii omnimò necessarius est; Alicubi verò sufficit ille iudicis, vel alterius inferioris Magistratus; Prout alicubi in usu est, ut totus populus in generali consilio congregatur; Alicubi verò, (& laudabilis) habetur Consilium, quod utpote discretum ab ordinario particulari Magistratu, generale dicitur, ex certo competenti qualificatorum civium numero constitutum, quod universum populum repraesentat; Cum similibus, certam regulam generalem non de facili recipientibus, utpote ex singulorum Principatum, vel Civitatum usu determinandis.

Illud autem generaliter, ac ubique videatur necessarium requisitum, quod in iusta causa consistit, quam quilibet solemnitas non supplet, cum Civitas jure pupilli censetur, ideoque abique necessitate, vel utilitate jure non potest alienari, sub cuius nomine, census, vel alterius rei vitutis impositio, seu iurium incorporalium amissio, vel diminutio quoque venit, eodem modo quo in alienatione bonorum Ecclesiae advertitur, cum eadem ratio vigeat.

Adeoque alienationes, vel censuum, aliorumque onerum impositiones, Civitatis, vel Communitatis prohibita sunt abique solemnitatibus, & causa, ut in plerisque partibus, praesertim verò in Regno Neapolitano, actus ipso jure infectus censetur, quamvis per civis particulares privato nomine agatur, quoties tamen alter contrahens sit conficius unde propterea legi fraus fieri dicatur, cum aliis in sua sede, non de facili sub compendio cadentibus, utpote à facti qualitate merendis.

Bonorum etiam quae obligari, vel gravari contingat, qualitas consideranda est; Saepe enim casus praebet, ut ea quae de Civitatibus, vel Communitatis dominio existunt, aliorum particularium civium usui, vel utilitati destinata sint, ideoque ubi etiam utrumque solemnitatis, & causae requisitum accedat, non sufficit, nisi interessatorum consensus etiam adit.

Super subhastationis solemnitate, vel forma, plerique variant, observantiae tamen ut supra deferendum est; Idemque circa additionem in diem, an adinstar fisci admittenda sit; Super hoc autem, Alii simpliciter negant, alii verò affirmant, atque, alii distinguunt, inter vechgalia, & reliqua bona privata, Verius autem est, iudicis arbitrio ex facti qualitate id remissum esse, praesertim an re integra, necne. b

b De his omnibus disc. 13. & seqq. & sub tit. de Regal. disc. 81. & sub tit. de locat. & conduct. disc. 46.

III.

De alienationibus, & contractibus filiorum familias.

Dupliciter de validitate alienationum, aliorumque contractuum filiorum familias in foro agi solet; Primò nempe, ubi per se ipsos sicut abique consensu patris,

patris, in cuius potestate reperiantur; Et secundò, ubi per ipsum patrem tamquam legitimam administratorem, alienationem, aliumque contractum fieri contingat; Primo casu, juris communis dispositione attentata, nimium raras, paeneque nullas foras audit quaestiones, in iis bonis, quae juxta peculiarium introductionem à novissimo jure factam, de ipsorum filiorum familias dominio existant, quoniam verus est, patris consensum pro solo interesse usufructus, quatenus iste competat, deo fieri, ideoque salvo hoc jure, nil prohibet alienationem, aliumque contractum; Potissimè verò, ubi jurisjurandi vinculum accedat, quod omne dirimit impedimentum à juris positivi dispositione alias manans.

Ubi verò neque hoc interesse urgeat, quia nempe, ex legis, vel hominis dispositione, usufructus legalis pertinentia cesset, nulla cadit dubitandi ratio, quae solum ad testamenta, aliaque ultimas voluntates restringitur, ideoque extra rem nostram.

Frequentes autem quaestiones foras audit ex Statutorum, aliorumque municipalium juris dispositione resistentibus, per quae filii familias, abique patris praesentia, vel consensu, contrahere interdicitur, vel decreto annullativo; Istoque casu, ob nimium frequentem usum, vel abusum, in quolibet penè contractu, quasi pro stylo adhibendi juramentum, eo accedente, per illud omnis juris positivi dispositio cessat, quamvis Pontificia confirmatione munum sit, cum adhuc ex voluntatis defectu, actus jurati est eo regulariter non veniat, ideoque infirmum est, an juramentum quoque derogat; Hujusmodi etiam derogatione accedente, ob quam ambigua voluntatis quaestio cesset, altera cadit potestatis, quae laicalibus legibus, ac alias quam Apostolica auctoritate editis, vel specificè confirmatis, tollendi vim juramenti denegatur; Secus autem dicto Apostolico placito in forma specifica accedente; Nisi juramentum indirectè enervatio accedat, quia nempe laicale statutum adimittit scripturam, si videtur praesumat alicui dolo, & metu extortum, cum tunc juramentum corrumpit; suanque consuetam non faciat operationem, non quia lex illa tollat, vel solvat, sed quia cesset consensus, quo cessante corrui ex defectu naturae, cum vinculum religionis non foveat simulationem, vel dolum, seu delictum; Aut quia sublata fide scripturam, de consequenti deficiat ejus probatio, nisi ista extrinsecus, ac alias quam per scripturam accedat.

Ubi ergo juramentum obstat, quocumque infectio quae à jure positivo manet, per illud cessat; Eo autem, uno, vel altero modo non obstante, facti potius, quam juris remanet quaestio, Vel circa casus, ab eadem lege annullante, sive prohibente exceptos; Vel patrie potestatis cessationem, quoties de explicita emancipatione non consistit, ideoque ex argumentis creditorem excusantibus, ea deducere oporteat; Quia nempe à patre seorsum vivat; Seu publicè tanquam paterfamilias negotietur, Aut Magnatis figuram faciat de per se cum propria familia vivendo; Vel alias jure alter contrahens cum eo contrahere posse crediderat; Super his autem Juristae nimium se involuntate vident, praesertim verò circa tempus hujusmodi vitiosae separatae, vel negotiationis, ipsiusque patris scientiam, & patientiam, cum aliis per eos ponderari solitis, quae tamen à puncto verè extranea sunt, cum aliud sit principaliter agere de solutione patrie potestatis inter ipsos patrem, & filium ad effectum firmandi statutum personae, aliud verò incidere, ad subsistendum contractum cum tertio, in quo attenditur bona, vel mala fides, & an iuste illum opinari poterit, necne patrem familias, ac habilem ad contrahendum, quod utpote facti, pro istius qualitate, & circumstantiis decidendum venit; Frequenter casu praebente, ut ex duobus, vel pluribus contractibus in eodem loco, & cum eadem persona initis, unus valeat, alter autem non, sicut in uno exuberat bona fides, quae in altero deficiat, ideoque ex facti circumstantiis decisio in singulis casibus pendet.

In specie verò statuti Urbis, utpote de Romanis civibus loquentis, dubitari contingit, an districtualibus congruat, atque probabilior affirmativa videatur; Prout probabilius, magisque receptum est, ab eo paternum consensum, pro interesse potius, quam solemnitate desiderari, ideoque subsequi, ac praecedere possit, vel etiam per implicitam ratihabitionem suppleri, quod generaliter in consimilibus iuribus magis receptum est.

In spiritualibus autem in genere, potissimè verò in beneficiis, ac pensionibus ecclesiasticis, jus patrie potestatis nullum est, neque in eis hic terminus filii familias cadit.

Ubi verò de altera contrahendi specie agatur, patris scilicet, ex legali administratione super filiis bonis contrahentis, (dictae administrationis competentia posita, & non alias;)

Quamvis aliqua patri major tribuatur facultas, quam tutori, vel curatori, adhuc tamen iusta necessitatis, vel utilitatis causa desideratur, sine qua inutiliter contrahit, ejusdemque filii praesentia, & consensus, ubi sic adultus, quoque desiderantur; Una etiam opinione (quamvis minus probabili) idem desiderante licet in pupillari aetate constitutus esset, dummodo doli capax; In is autem in quibus legalem administrationem non habeat, strictius jure tutoris, vel curatoris censendus est, quia nempe pupillaris aetas, seu alias iudicii imbecillitas filii ita exigit, cum aliis in sua sede.

c De his omnibus disc. 27. & 37. sub tit. de credito disc. 146. & sub tit. de dote disc. 32. & 143. & sub tit. de don. disc. 39.

IV.

De alienationibus, & contractibus minorum.

Eadem distinctio inter jus commune, & municipale, cum ejusdem subdistinctionibus in jure municipale, vel statuario; circa juramenti, directam, vel indirectam enervationem, ut in praecedenti Rubrica filifamilias, intrat etiam in minore, cuius respectu, quamvis jus commune plura statuerit circa obligationes, alioque contractus praedictorum alienationes; Attamen juramentum, vel aequivalentium alienationes; Attamen juramentum, quod pro stylo adici solet, quocumque juris positivi obstaculo tollit, quoties juris naturae defectus, vel turpido, sive ratio publici boni, ejusdem juramenti vim non tollat; Quod tamen minorum peculiare non est, dum etiam in praesertim per majores, idem resultat effectus, ratione doli veri, vel praesumpti metus, laesione 77 erroris &c.

Ea tamen notabili differentia ratione inter majores, ac minores militante, ut minor laeso in minoribus sufficiat, seu minor doli, vel circumventionis probatio, quodque facilis intrat restitutionis in integrum beneficium, quod à juramento non tollitur.

Accedente verò jure municipali, quod juramenti, directè, vel indirectè, vim bene tollat, nedum juris communis dispositio ita restituta est, juramenti obstaculo subblato; Verum etiam alter resultat proficius effectus nullitatis ipso jure, non autem ex exceptionis, qualis est illa à jure communi inducta; Idque nimium refert, ad effectum, ut à tertio quoque nullitas sit allegabilis, sive quod alios operetur effectus ipso jure, ut in casu statuti annullativi contingit, cum altera juris communis, ipsius minoris declaratione egeat, qui potest non declarare, atque ita implicite validare actum.

Quales autem solemnitates à municipali jure inducuntur sint, & quando practicandae veniant, certa non habetur regula generalis, utpote nudi facti, pro ipsorum statutorum, seu iurium municipalium tenore, ac varietate, eorumdemque usu, vel praxi, cui nimium deferendum est; Ea frequentè disputari solita quaestione, quod duplici municipali juris dispositio accedat circa idem, puta statutum particulare loci inferioris, ac alterum loci dominantis; Sive (ut in temporali ditione Ecclesiae contingit) statutum particulare loci, & Constitutio Aegidiana ad universam ditionem praedictam extensa, an scilicet juri particulare, alterum universale cessare faciat, vel potius utriusque copulativus concursus desiderandus veniat; Et quamvis antiquiori tempore, sub non modica quaestione id fuerit; Recepta nihilominus hodie habetur distinctio, ut à compatibilitate, vel incompatibilitate decisio pendeat, & an statutum particulare adhibitis ab eo desideratis solemnitatibus, actum invalidum firmum delectet, necne, ut primo casu, particulari statuto tantum; Secundò autem utique satisfacere oporteat, nisi observantia aliter suadeat.

In specie verò Statutorum Urbis, uno eorum specialiter de minoribus disponente, altero verò, tam de ipsius, quam de mulieribus, apud antiquiores pariter sub quaestione fuit, an utriusque copulativus concursus desideretur; Hodiè verò de plano affirmativa recepta est, ut utrique satisfacere oporteat, ubi agatur de alienatione

patris, in cuius potestate reperiantur; Et secundò, ubi per ipsum patrem tamquam legitimam administratorem, alienationem, aliumque contractum fieri contingat; Primo casu, juris communis dispositione attentata, nimium raras, paeneque nullas foras audit quaestiones, in iis bonis, quae juxta peculiarium introductionem à novissimo jure factam, de ipsorum filiorum familias dominio existant, quoniam verus est, patris consensum pro solo interesse usufructus, quatenus iste competat, deo fieri, ideoque salvo hoc jure, nil prohibet alienationem, aliumque contractum; Potissimè verò, ubi jurisjurandi vinculum accedat, quod omne dirimit impedimentum à juris positivi dispositione alias manans.

Ubi verò neque hoc interesse urgeat, quia nempe, ex legis, vel hominis dispositione, usufructus legalis pertinentia cesset, nulla cadit dubitandi ratio, quae solum ad testamenta, aliaque ultimas voluntates restringitur, ideoque extra rem nostram.

Frequentes autem quaestiones foras audit ex Statutorum, aliorumque municipalium juris dispositione resistentibus, per quae filii familias, abique patris praesentia, vel consensu, contrahere interdicitur, vel decreto annullativo; Istoque casu, ob nimium frequentem usum, vel abusum, in quolibet penè contractu, quasi pro stylo adhibendi juramentum, eo accedente, per illud omnis juris positivi dispositio cessat, quamvis Pontificia confirmatione munum sit, cum adhuc ex voluntatis defectu, actus jurati est eo regulariter non veniat, ideoque infirmum est, an juramentum quoque derogat; Hujusmodi etiam derogatione accedente, ob quam ambigua voluntatis quaestio cesset, altera cadit potestatis, quae laicalibus legibus, ac alias quam Apostolica auctoritate editis, vel specificè confirmatis, tollendi vim juramenti denegatur; Secus autem dicto Apostolico placito in forma specifica accedente; Nisi juramentum indirectè enervatio accedat, quia nempe laicale statutum adimittit scripturam, si videtur praesumat alicui dolo, & metu extortum, cum tunc juramentum corrumpit; suanque consuetam non faciat operationem, non quia lex illa tollat, vel solvat, sed quia cesset consensus, quo cessante corrui ex defectu naturae, cum vinculum religionis non foveat simulationem, vel dolum, seu delictum; Aut quia sublata fide scripturam, de consequenti deficiat ejus probatio, nisi ista extrinsecus, ac alias quam per scripturam accedat.

Ubi ergo juramentum obstat, quocumque infectio quae à jure positivo manet, per illud cessat; Eo autem, uno, vel altero modo non obstante, facti potius, quam juris remanet quaestio, Vel circa casus, ab eadem lege annullante, sive prohibente exceptos; Vel patrie potestatis cessationem, quoties de explicita emancipatione non consistit, ideoque ex argumentis creditorem excusantibus, ea deducere oporteat; Quia nempe à patre seorsum vivat; Seu publicè tanquam paterfamilias negotietur, Aut Magnatis figuram faciat de per se cum propria familia vivendo; Vel alias jure alter contrahens cum eo contrahere posse crediderat; Super his autem Juristae nimium se involuntate vident, praesertim verò circa tempus hujusmodi vitiosae separatae, vel negotiationis, ipsiusque patris scientiam, & patientiam, cum aliis per eos ponderari solitis, quae tamen à puncto verè extranea sunt, cum aliud sit principaliter agere de solutione patrie potestatis inter ipsos patrem, & filium ad effectum firmandi statutum personae, aliud verò incidere, ad subsistendum contractum cum tertio, in quo attenditur bona, vel mala fides, & an iuste illum opinari poterit, necne patrem familias, ac habilem ad contrahendum, quod utpote facti, pro istius qualitate, & circumstantiis decidendum venit; Frequenter casu praebente, ut ex duobus, vel pluribus contractibus in eodem loco, & cum eadem persona initis, unus valeat, alter autem non, sicut in uno exuberat bona fides, quae in altero deficiat, ideoque ex facti circumstantiis decisio in singulis casibus pendet.

In specie verò statuti Urbis, utpote de Romanis civibus loquentis, dubitari contingit, an districtualibus congruat, atque probabilior affirmativa videatur; Prout probabilius, magisque receptum est, ab eo paternum consensum, pro interesse potius, quam solemnitate desiderari, ideoque subsequi, ac praecedere possit, vel etiam per implicitam ratihabitionem suppleri, quod generaliter in consimilibus iuribus magis receptum est.

In spiritualibus autem in genere, potissimè verò in beneficiis, ac pensionibus ecclesiasticis, jus patrie potestatis nullum est, neque in eis hic terminus filii familias cadit.

Ubi verò de altera contrahendi specie agatur, patris scilicet, ex legali administratione super filiis bonis contrahentis, (dictae administrationis competentia posita, & non alias;)

Quamvis aliqua patri major tribuatur facultas, quam tutori, vel curatori, adhuc tamen iusta necessitatis, vel utilitatis causa desideratur, sine qua inutiliter contrahit, ejusdemque filii praesentia, & consensus, ubi sic adultus, quoque desiderantur; Una etiam opinione (quamvis minus probabili) idem desiderante licet in pupillari aetate constitutus esset, dummodo doli capax; In is autem in quibus legalem administrationem non habeat, strictius jure tutoris, vel curatoris censendus est, quia nempe pupillaris aetas, seu alias iudicii imbecillitas filii ita exigit, cum aliis in sua sede.

c De his omnibus disc. 27. & 37. sub tit. de credito disc. 146. & sub tit. de dote disc. 32. & 143. & sub tit. de don. disc. 39.

IV.

De alienationibus, & contractibus minorum.

Eadem distinctio inter jus commune, & municipale, cum ejusdem subdistinctionibus in jure municipale, vel statuario; circa juramenti, directam, vel indirectam enervationem, ut in praecedenti Rubrica filifamilias, intrat etiam in minore, cuius respectu, quamvis jus commune plura statuerit circa obligationes, alioque contractus praedictorum alienationes; Attamen juramentum, vel aequivalentium alienationes; Attamen juramentum, quod pro stylo adici solet, quocumque juris positivi obstaculo tollit, quoties juris naturae defectus, vel turpido, sive ratio publici boni, ejusdem juramenti vim non tollat; Quod tamen minorum peculiare non est, dum etiam in praesertim per majores, idem resultat effectus, ratione doli veri, vel praesumpti metus, laesione 77 erroris &c.

Ea tamen notabili differentia ratione inter majores, ac minores militante, ut minor laeso in minoribus sufficiat, seu minor doli, vel circumventionis probatio, quodque facilis intrat restitutionis in integrum beneficium, quod à juramento non tollitur.

Accedente verò jure municipali, quod juramenti, directè, vel indirectè, vim bene tollat, nedum juris communis dispositio ita restituta est, juramenti obstaculo subblato; Verum etiam alter resultat proficius effectus nullitatis ipso jure, non autem ex exceptionis, qualis est illa à jure communi inducta; Idque nimium refert, ad effectum, ut à tertio quoque nullitas sit allegabilis, sive quod alios operetur effectus ipso jure, ut in casu statuti annullativi contingit, cum altera juris communis, ipsius minoris declaratione egeat, qui potest non declarare, atque ita implicite validare actum.

Quales autem solemnitates à municipali jure inducuntur sint, & quando practicandae veniant, certa non habetur regula generalis, utpote nudi facti, pro ipsorum statutorum, seu iurium municipalium tenore, ac varietate, eorumdemque usu, vel praxi, cui nimium deferendum est; Ea frequentè disputari solita quaestione, quod duplici municipali juris dispositio accedat circa idem, puta statutum particulare loci inferioris, ac alterum loci dominantis; Sive (ut in temporali ditione Ecclesiae contingit) statutum particulare loci, & Constitutio Aegidiana ad universam ditionem praedictam extensa, an scilicet juri particulare, alterum universale cessare faciat, vel potius utriusque copulativus concursus desiderandus veniat; Et quamvis antiquiori tempore, sub non modica quaestione id fuerit; Recepta nihilominus hodie habetur distinctio, ut à compatibilitate, vel incompatibilitate decisio pendeat, & an statutum particulare adhibitis ab eo desideratis solemnitatibus, actum invalidum firmum delectet, necne, ut primo casu, particulari statuto tantum; Secundò autem utique satisfacere oporteat, nisi observantia aliter suadeat.

In specie verò Statutorum Urbis, uno eorum specialiter de minoribus disponente, altero verò, tam de ipsius, quam de mulieribus, apud antiquiores pariter sub quaestione fuit, an utriusque copulativus concursus desideretur; Hodiè verò de plano affirmativa recepta est, ut utrique satisfacere oporteat, ubi agatur de alienatione

patris, in cuius potestate reperiantur; Et secundò, ubi per ipsum patrem tamquam legitimam administratorem, alienationem, aliumque contractum fieri contingat; Primo casu, juris communis dispositione attentata, nimium raras, paeneque nullas foras audit quaestiones, in iis bonis, quae juxta peculiarium introductionem à novissimo jure factam, de ipsorum filiorum familias dominio existant, quoniam verus est, patris consensum pro solo interesse usufructus, quatenus iste competat, deo fieri, ideoque salvo hoc jure, nil prohibet alienationem, aliumque contractum; Potissimè verò, ubi jurisjurandi vinculum accedat, quod omne dirimit impedimentum à juris positivi dispositione alias manans.

Ubi verò neque hoc interesse urgeat, quia nempe, ex legis, vel hominis dispositione, usufructus legalis pertinentia cesset, nulla cadit dubitandi ratio, quae solum ad testamenta, aliaque ultimas voluntates restringitur, ideoque extra rem nostram.

Frequentes autem quaestiones foras audit ex Statutorum, aliorumque municipalium juris dispositione resistentibus, per quae filii familias, abique patris praesentia, vel consensu, contrahere interdicitur, vel decreto annullativo; Istoque casu, ob nimium frequentem usum, vel abusum, in quolibet penè contractu, quasi pro stylo adhibendi juramentum, eo accedente, per illud omnis juris positivi dispositio cessat, quamvis Pontificia confirmatione munum sit, cum adhuc ex voluntatis defectu, actus jurati est eo regulariter non veniat, ideoque infirmum est, an juramentum quoque derogat; Hujusmodi etiam derogatione accedente, ob quam ambigua voluntatis quaestio cesset, altera cadit potestatis, quae laicalibus legibus, ac alias quam Apostolica auctoritate editis, vel specificè confirmatis, tollendi vim juramenti denegatur; Secus autem dicto Apostolico placito in forma specifica accedente; Nisi juramentum indirectè enervatio accedat, quia nempe laicale statutum adimittit scripturam, si videtur praesumat alicui dolo, & metu extortum, cum tunc juramentum corrumpit; suanque consuetam non faciat operationem, non quia lex illa tollat, vel solvat, sed quia cesset consensus, quo cessante corrui ex defectu naturae, cum vinculum religionis non foveat simulationem, vel dolum, seu delictum; Aut quia sublata fide scripturam, de consequenti deficiat ejus probatio, nisi ista extrinsecus, ac alias quam per scripturam accedat.

Ubi ergo juramentum obstat, quocumque infectio quae à jure positivo manet, per illud cessat; Eo autem, uno, vel altero modo non obstante, facti potius, quam juris remanet quaestio, Vel circa casus, ab eadem lege annullante, sive prohibente exceptos; Vel patrie potestatis cessationem, quoties de explicita emancipatione non consistit, ideoque ex argumentis creditorem excusantibus, ea deducere oporteat; Quia nempe à patre seorsum vivat; Seu publicè tanquam paterfamilias negotietur, Aut Magnatis figuram faciat de per se cum propria familia vivendo; Vel alias jure alter contrahens cum eo contrahere posse crediderat; Super his autem Juristae nimium se involuntate vident, praesertim verò circa tempus hujusmodi vitiosae separatae, vel negotiationis, ipsiusque patris scientiam, & patientiam, cum aliis per eos ponderari solitis, quae tamen à puncto verè extranea sunt, cum aliud sit principaliter agere de solutione patrie potestatis inter ipsos patrem, & filium ad effectum firmandi statutum personae, aliud verò incidere, ad subsistendum contractum cum tertio, in quo attenditur bona, vel mala fides, & an iuste illum opinari poterit, necne patrem familias, ac habilem ad contrahendum, quod utpote facti, pro istius qualitate, & circumstantiis decidendum venit; Frequenter casu praebente, ut ex duobus, vel pluribus contractibus in eodem loco, & cum eadem persona initis, unus valeat, alter autem non, sicut in uno exuberat bona fides, quae in altero deficiat, ideoque ex facti circumstantiis decisio in singulis casibus pendet.

In specie verò statuti Urbis, utpote de Romanis civibus loquentis, dubitari contingit, an districtualibus congruat, atque probabilior affirmativa videatur; Prout probabilius, magisque receptum est, ab eo paternum consensum, pro interesse potius, quam solemnitate desiderari, ideoque subsequi, ac praecedere possit, vel etiam per implicitam ratihabitionem suppleri, quod generaliter in consimilibus iuribus magis receptum est.

In spiritualibus autem in genere, potissimè verò in beneficiis, ac pensionibus ecclesiasticis, jus patrie potestatis nullum est, neque in eis hic terminus filii familias cadit.

Ubi verò de altera contrahendi specie agatur, patris scilicet, ex legali administratione super filiis bonis contrahentis, (dictae administrationis competentia posita, & non alias;)

Quamvis aliqua patri major tribuatur facultas, quam tutori, vel curatori, adhuc tamen iusta necessitatis, vel utilitatis causa desideratur, sine qua inutiliter contrahit, ejusdemque filii praesentia, & consensus, ubi sic adultus, quoque desiderantur; Una etiam opinione (quamvis minus probabili) idem desiderante licet in pupillari aetate constitutus esset, dummodo doli capax; In is autem in quibus legalem administrationem non habeat, strictius jure tutoris, vel curatoris censendus est, quia nempe pupillaris aetas, seu alias iudicii imbecillitas filii ita exigit, cum aliis in sua sede.

c De his omnibus disc. 27. & 37. sub tit. de credito disc. 146. & sub tit. de dote disc. 32. & 143. & sub tit. de don. disc. 39.

IV.

De alienationibus, & contractibus minorum.

Eadem distinctio inter jus commune, & municipale, cum ejusdem subdistinctionibus in jure municipale, vel statuario; circa juramenti, directam, vel indirectam enervationem, ut in praecedenti Rubrica filifamilias, intrat etiam in minore, cuius respectu, quamvis jus commune plura statuerit circa obligationes, alioque contractus praedictorum alienationes; Attamen juramentum, vel aequivalentium alienationes; Attamen juramentum, quod pro stylo adici solet, quocumque juris positivi obstaculo tollit, quoties juris naturae defectus, vel turpido, sive ratio publici boni, ejusdem juramenti vim non tollat; Quod tamen minorum peculiare non est, dum etiam in praesertim per majores, idem resultat effectus, ratione doli veri, vel praesumpti metus, laesione 77 erroris &c.

Ea tamen notabili differentia ratione inter majores, ac minores militante, ut minor laeso in minoribus sufficiat, seu minor doli, vel circumventionis probatio, quodque facilis intrat restitutionis in integrum beneficium, quod à juramento non tollitur.

Accedente verò jure municipali, quod juramenti, directè, vel indirectè, vim bene tollat, nedum juris communis dispositio ita restituta est, juramenti obstaculo subblato; Verum etiam alter resultat proficius effectus nullitatis ipso jure, non autem ex exceptionis, qualis est illa à jure communi inducta; Idque nimium refert, ad effectum, ut à tertio quoque nullitas sit allegabilis, sive quod alios operetur effectus ipso jure, ut in casu statuti annullativi contingit, cum altera juris communis, ipsius minoris declaratione egeat, qui potest non declarare, atque ita implicite validare actum.

Quales autem solemnitates à municipali jure inducuntur sint, & quando practicandae veniant, certa non habetur regula generalis, utpote nudi facti, pro ipsorum statutorum, seu iurium municipalium tenore, ac varietate, eorumdemque usu, vel praxi, cui nimium deferendum est; Ea frequentè disputari solita quaestione, quod duplici municipali juris dispositio accedat circa idem, puta statutum particulare loci inferioris, ac alterum loci dominantis; Sive (ut in temporali ditione Ecclesiae contingit) statutum particulare loci, & Constitutio Aegidiana ad universam ditionem praedictam extensa, an scilicet juri particulare, alterum universale cessare faciat, vel potius utriusque copulativus concursus desiderandus veniat; Et quamvis antiquiori tempore, sub non modica quaestione id fuerit; Recepta nihilominus hodie habetur distinctio, ut à compatibilitate, vel incompatibilitate decisio pendeat, & an statutum particulare adhibitis ab eo desideratis solemnitatibus, actum invalidum firmum delectet, necne, ut primo casu, particulari statuto tantum; Secundò autem utique satisfacere oporteat, nisi observantia aliter suadeat.

In specie verò Statutorum Urbis, uno eorum specialiter de minoribus disponente, altero verò, tam de ipsius, quam de mulieribus, apud antiquiores pariter sub quaestione fuit, an utriusque copulativus concursus desideretur; Hodiè verò de plano affirmativa recepta est, ut utrique satisfacere oporteat, ubi agatur de alienatione

patris, in cuius potestate reperiantur; Et secundò, ubi per ipsum patrem tamquam legitimam administratorem, alienationem, aliumque contractum fieri contingat; Primo casu, juris communis dispositione attentata, nimium raras, paeneque nullas foras audit quaestiones, in iis bonis, quae juxta peculiarium introductionem à novissimo jure factam, de ipsorum filiorum familias dominio existant, quoniam verus est, patris consensum pro solo interesse usufructus, quatenus iste compet

83 stabilius, de qua statutum minorum peculiare disponit, cum aliud quod mulieribus est commune, generaliter quemcumque actum præjudicalem percutiat; Alienationis autem nomine, centum impositionem quoque venire, receptum est.

84 Dotis contractus, an aliquo potius privilegio, ut sub hujusmodi statutis non cadat, quæstio est; Verius autem est nullum adesse contra minores privilegium, nisi ad limites necessitatis, quæ solum abique solemnitatibus, contractum dotalem sustinet.

In beneficiabilibus autem, aliisque spiritualibus, minor ætas considerabilis non est, neque hujusmodi statutis locus datur.

Minore verò se majorem asserente, an valeat actus, certant Juristæ Aliis simpliciter affirmantibus, ubi potissimum juris jurandi religio accedit; Aliis duplex juramentum assertorium, ac promissorium desiderantibus; Aliis è converso indefinitè negantibus; Aliis verò plures casus distinguuntibus, & an ex parte minoris accedat dolus, cuius alter contrahens non sit conscius, vel è converso, dolus proveniat ex sola parte alterius contrahentis, aut in utroque adfit; Verius tamen est, quæstionem ex facti qualitate decidendam esse, & an minoris ita asserentis aspectus, aliæque circumstantiæ, justam credulitatem, bonamque fidem in altero contrahente inducere poterint, ac debuerint, necne, ut isto casu, cessante affectione, ac mala fide actus valeat, secus è converso.

87 Non ubique tamen hodie major ætas est uniformis quemadmodum iure communi Romanorum attento in anno vigesimoquinto statuta erat, cum per leges particulares, in perisique præsertim Italiæ partibus diversimodè præscripta sit; In Urbe squidem ejusque districtu est annorum viginti; In utriusque Siciliæ regionis, in illa annorum decem, & octo, ac alibi variè per legum varietate. Hinc oriri solent quæstiones, an ille qui in patria major est, in illo autem contractus minor, vel è converso, extra patriam validè contrahat; Et licet non modica inter Scribentes scissura dignoscatur, probabilis tamen est qualitate naturalè patriæ, tanquam super statu personæ, attendi debere, nisi facti circumstantiæ alterum contrahentem excusent, eumque justa credulitate, bonaque fide majoris ætatis constituant.

88 Ea verò quæ de fraude habentur, discedendo à loco Statuti proprii, ut contrahatur in altero, in quo Statuti prohibitio non vigeat, cum similibus, peculiaribus non sunt minorum, sed mulierum etiam, ac aliorum prohibitionem habentium; Quæstio autem facti potius est, quam juris, an scilicet affectus esset discessus ad legem fraudandam, ut tunc pro actus nullitate respondendum sit, secus autem è converso.

Juris professoribus, potissimè autem doctoratus gradu decoratis, licitum esse contrahere, juris communis, vel municipalis prohibitionem non obstante, aliquorum opinio est, minus tamen recepta; Mercatores autem, minoris ætatis beneficio non juvantur.

De actibus autem judicialibus absque curatore ad lites in minoribus invalidis, in judiciorum sede actum habetur. d. De his habetur actum disc. 28. cum duob. seqq. 34. & 35. & sub tit. de dote disc. 17. cum seqq.

V.

De alienationibus, & contractibus mulierum.

89 Mulieres majores quoad alienandi, & contrahendi, vel disponendi libertatem, attentata juris communis dispositione, à viris non differunt, sed pariformiter habilitatæ sunt, exceptis casibus Senat. Conf. Vellejani sibi jubendi pro viro, & legis Julia super alienatione fundi dotalis; Utraque tamen prohibitio penè obliata est ex pluries infinuata abusiva introductione juramenti, quod in omni contractu, pro stylo, seu clausula per Notarios apponi solet, cum juramento accedente, receptum sit utramque prohibitionem cessare, ex generali regula, ut semper illud servari debeat, quoties bonis moribus naturalibus, vel publico bono principaliter non obstantibus, abique æternæ salutis interitu servari potest; Illis juris naturæ defectibus, qui ratione metus, ac doli, vel erroris, illius vim tollunt, æquè militantibus in mulieribus, ac in viris, cum ea differentia ratione, ut in fragiori sexu, facilius sit probatio.

90 Juris professoribus, potissimè autem doctoratus gradu decoratis, licitum esse contrahere, juris communis, vel municipalis prohibitionem non obstante, aliquorum opinio est, minus tamen recepta; Mercatores autem, minoris ætatis beneficio non juvantur.

De actibus autem judicialibus absque curatore ad lites in minoribus invalidis, in judiciorum sede actum habetur. d. De his habetur actum disc. 28. cum duob. seqq. 34. & 35. & sub tit. de dote disc. 17. cum seqq.

Ex moderna verò, potius DD. traditione, à juris intentione; vel ratione desumpta, quam ex peculiari lege, vel antiquorum sententia, prodit inhabilitas mulierum, juramento, vel alia legitima causa non obstante, ita dotem alienare, vel obligare, ut indotata remaneat; Id autem ex recepta praxi sequi dicitur, ubi dotis medietas salva non remaneat; Ideoque Tribunalium stylus inolevit in exequendis mulierum obligationibus, quamvis validis, hanc medietatem dotis prætervandi; Quod tamen ex antiquorum probabilis sensu recipiendum est, quatenus hæc medietas ad sustentationem sufficiat, eaque sit talis, ut non omnino indotata mulier remaneat; Pluribus desuper cadentibus quæstionibus, dotalem potius materiam percipientibus, an id procedat invidua sene, cui posteriores nuptiæ incongruæ sint, sive an excessiva obligatio, vel alienatio in totum vitietur, vel potius in solo excessu; Sive an muliere non conquirentem in vita, filiis, vel hæredibus, hunc defectum allegare liceat, ut in sua fede.

Ubi verò juramento cessante, juris communis prohibitio, ex Vellejano, seu lege Julia viget, adhuc pro justa causa liberandi virum à captivitate, vel incarceratione, e jusque imminetia, vel alia simili juxta causa in filiis, vel parentibus, ea cessat pro facti qualitate. Majores autem fori controversiæ super mulierum alienationibus, vel contractibus, nulla dotalium, vel extradotalium curata differentia, cadere solent ex causa statutorum aliorumque jurum particularium, per quæ in eis, alienandi, vel contrahendi sine certis solemnitatibus inhabilitatio introducit est istoque casu intrant admissim eadem quæ proximè præcedenti Rubrica, minorum occasione, habentur, tam circa juramenti efficaciam, vel eversionem respectivè, quam circa locum in hoc proposito attendendum, an scilicet patriæ, vel contr. d. & circa concertum plurium Statutorum locorum dominantis, ac obediens respectivè, cum aliis ibi insinuatis.

Potissimè autem, ac frequentius occasione Statuti Urbis, vel consimilis, circa causam veram, vel falsam, sive an falsitas in parte vitiet totum, vel an sufficiat veritas de facto, vel potius requiratur altera de jure, adeo ut fit utilis, vel saltem non damnosa, ut probabilis, magis que hodie receptum videtur; Super his autem, & quando cause veritas, vel sufficientia adesse dicitur, utpote in materia, facti potius, quam juris, ex Statutorum contextus, ac locorum, personarum, & temporum circumstantiis decidenda, certa, & determinata regula generalis non de facili cadit, cum decisis ex particularis facti qualitate pendeat, prudentis Judicis arbitrio, quo potius ex rei substantia spectatoque sine, seu effectu per legem considerato, quam ex verborum formalitate regulandum est.

Quamvis autem apud antiquiores, non modica fuerit quæstio, an inter mulieres, & minores, vel alios æquè privilegiatos hujusmodi Statutariæ dispositiones cessent, quasi quod ex regula privilegiorum conquisitiva, firma remaneat juris communis dispositio; Hodie tamen, contrarium receptum est, ut in pari causa, potior sit conditio allegantis alienationis vel obligationis inefficaciam, utpote contententis de damno vitando, quodque in pari etiam causa damni, potior sit conditio contententis de majori, vel de liberatione; Nisi privilegium alterius contrahentis à pietate cause proveniat; Dummodo ex ipsius pietatis motivo actus gestus esset secus autem ubi Ecclesia, vel pia causa, jure privati correspondivè contrahat.

In rebus autem mercatarum concernentibus, pro commercii libertate Statuta hæc non procedunt; Minusque in actibus judicialibus, quæ tamen in forma judicii, e jusque calore gesta sint, Aut ubi cum supremi Principis, vel majoris Magistratus auctoritate; Vel ubi mulier, non proprium, sed alienum gerat negotium tanquam tutrix, seu curatrix, vel procuratrix; Aut ubi actum gerat necessarium recipiendo debiti solutionem, vel extinctionem, cum similibus; Ipso quoque actu minus solemnibus, quamvis inutili ad obligandum, efficaciter remanente ad probandum.

In hoc autem privilegiata est causa dotis per mulierem majorem constituta, ut nulla curata distinctione cause necessariæ, vel voluntariæ, & an de conjuncta, vel extranea dotanda agatur, statutiaria forma necessaria non sit, cum aliis de quibus in sua fede. e.

De his disc. 31. cum pluribus seqq. & sub tit. de dote disc. 17. cum pluribus seqq. & disc. 143.

VI.

De alienationibus, & contractibus prodigi, & Amentis.

108 A Mentium respectu, nulla cadit quæstio juris, cujus dispositione attentata, ex prædictionibus est adus inefficacia ex defectu inevitabili naturæ, ac intellectus, eo modo quo in infantibus, vel pupillis adhuc doli non capacibus statutum est, nisi cum tutoris auctoritate, servatis servandis, eo modo quo in infantibus, & pupillis id sequatur; Ideoque tota quæstio est facti super amentia probatione, & qualitate, & an in eo statu sit, ut contrahendi, vel disponendi facultatem adimat, cum non omnis mentis habetudo hunc effectum operetur; Ea tamen differentia ratione militante inter voluntarias, & quandocumque revocabiles dispositiones, quæ per hebetem fiant, & contractus obligatorios, ut in illis quamvis de stricto jure validis, facilius circumventionis probatio intret, vel restitutionis in integrum beneficium concedatur, majoribus quoque ex justa causa pro Judicis prudenti arbitrio conosci solum ex clausula, (ut Juristæ dicunt,) Signa mihi &c.

Cadunt verò frequentius quæstiones in contractibus, aliisque dispositionibus, quæ à prodigalitate vitio laborantibus fiant, tam super hujusmodi qualitatis verificacione, quam fortius super ejusdem declaratione, an per Judicem competentem causa cognita id sequatur sit, adeo legitima ut administrationis interdictio ita referat, cum alias à Judice incompetenti, vel à competenti abque causa cognitione facta non afficiat.

Potissimum verò circa retroactionem pro infectione actuum ante hujusmodi interdictionem gestorum, super qua, regula est negativa, limitanda est facti circumstantiæ quæ alterius contrahentis malam fidem redeolant, quia nempe infirmitatis consensit esse; Nimium in consideratione habendo contrahendi causam, an justa, vel injusta sit, ac potissimum, an actus qui præcedit, prodigaliter redeolat, adeo ut posteriori interdictionis causam dederit; Juramento in hoc non operante; Minusque causa pia, quoties de actu irtractabili, ac obligatorio agatur, cum defectus non proveniat à jure positivo, quod juris jurandi relictum, vel pietatis locum cedit, sed à jure naturæ, cui uterque favon non prævalet; Neglecta traditione substantium etiam in prodigiis piis dispositiones per ultimam voluntatem, cum in illis, ob revocandi libertatem nulla cadat circumventionis suspicio, vel dispositionis ratio, ob quas hæc prohibitio intrat. f. Disc. 36.

VII.

De alienat. & Contract. clericorum præsertim super bonis ad quorum titulum ad ordines promoti sunt.

113 I N clericis secularibus in quocumque ordine, vel dignitate constitutis, nulla dignoscitur prohibitio alienandi, sed alias inter vivos disponendi de bonis quamvis Ecclesiæ intuitu, vel occasione questitis, quoties de jure, sibi, non autem Ecclesiæ quarantur, cum prohibitio in bonis ecclesiasticis de privato clericorum dominio effectus dispositionem per ultimam voluntatem percutiat, nisi ad istam fraudandam, per actum inter vivos ea fiat.

In Regularibus autem hæc interdictione viget ex deficienti dominio, quod juxta Canonistarum opinionem directè, ac immediate, abique ipsius Religiosi consensu, vel ministerio, quamvis ex ejus persona Monasterio, vel Religioni acquiritur; Et quatenus Civilitarum opinione retenta, ad acquisitionem, ipsius Religiosi consensus, vel aliud factum exigatur, id percutit acquisitionis actum, quo secundo, certus est potestatis defectus, ob incapacitatem possidendi proprium jure privato, atque de eo disponendi; Nisi de illis fructibus, vel annuis præstationibus agatur, quorum administratio, ac dispositio ex tolerata Ecclesiæ consuetudine, ubi superiorum, conniventiam, vel Apostolicum indultum conceditur; Quo tamen casu, adhuc restricta facultas censetur ad justam causam, pioque, ac laudabiles religiosios usus.

Ea tamen in clericis secularibus prohibitio dignoscitur, que urget in bonis ad quorum titulum ad sacros ordines promoti sunt, non tamen prohibitio percutit obligationem, quæ effectum non sortiatur nisi, quando congrua provisio aliunde obveniat, vel mors sequatur ista modera-

115

tione procedente ad limites congruæ sustentationis, & non ultrà, ut in propria sede. g. Disc. 38.

VIII.

De Alien. & Contract. factis per incarcerationem, vel subditum.

116 F Acti potius, quam juris videtur hæc nullitas, quæ à incarceratione pendet; Certum enim juris principium est, ut alienationes, vel contractus gestis per injustè carceratum ad favorem carcerantis, vel ejus, ad cujus instantiam carceratio sequuta est, tamquam meticolosi, invalidi censentur quamvis non in ipso actuali carcere, sed extrà, dummodo non in omnimoda plenae libertate; Secus autem ubi carceratio iusta sit, qualis in dubio præsumitur, ubi ab allegante nullatenus non doceatur de injustitia, quæ in dubio non præsumitur, ideoque forenses quæstiones, ad hujusmodi justitiæ, vel injustitiæ inspectionem reducuntur.

Posita verò injustitia, juramentum eam non fanat, minusque in possessorio actus præjudicat, e jusque infectio, etiam in fideiussorio obligationem insuit, eamque inefficacem reddit.

Eodemque jure metienda est alienatio, vel obligatio, quæ à subdito fiat erga superiorem, cujus nomine pro facti qualitate, nedum Judices, & Magistratus, aliique jurisdictionem, ac superioritatem in exercitio, vel etiam in solo dominio habentes veniunt, sed etiam notarii, & carcerum custodes, ac advocati, vel defensores, & similes in quibus pro facti qualitate eadem concessio ratio urgeat, eo modo, quo in dispositionibus infirmi favore medici lex disponit, ideoque pro facti qualitate, dictæque rationis congrua, vel incongrua applicatione, quæstio decidenda est. h. Disc. 41. & seq.

IX.

De alienationibus, & Contractibus in forenses, & de bonis litigiosis.

118 N Ullam personarum conditionem, vel differentiam, sua commune super alienandi, vel contrahendi libertate constituit, nisi cum hostibus, quibus prohibitum est, arma, victualia, instrumenta bellica aliaque similia vendere, seu alias elargiri; Inter amicos, autem, civium, vel forensium discrimen non habetur ob Romani Imperii scissuram totque Principatum, ac dominiorum diversitatem que inducta est per leges particulares, de quarum validitate, data potestate eas ferendi, non dubitatur, cum nulla juris naturalis, vel gentium prohibitio desuper urgeat; Quæstione cadente in Civitatibus, vel Baronibus, aliisque superioriorem recognoscentibus, quibus non datur contra jus, leges, vel statuta condere, quod à domini qualitate, vel causa cas condendi determinationem recipere videtur, potissimum debet ob observantiam, aliisque singulorum casuum circumstantiis, ex quibus quoque pendet data acquirendi capacitate, an liceat gravioribus oneribus publicis exteris onerare; Sive an prohibita alienatione, ad hanc veram, & propriam, non autem ad fidam, & impropiam, præsertim verò hypothecam, hæc prohibitio restringenda sit; Vel an ardet clericos, aliisque à statuentium potestate exemptos; Sive an actum dotis constituendæ, vel restituendæ prohibitio comprehendat.

Prout ista occasione frequentes quæstiones foris audit super civica qualitate, & an sicut, seu privilegiata sine onerum supportatione sufficiat, cum aliis de quibus in suis respectivè sedibus, cum ob legum varietatem, diversisque mores, vel stylos, quibus deesse oportet certa, & determinata regula statui non valeat.

Eorum, quæ in litem deducta sunt alienatio prohibita est, ad duplicem tamen effectum, penalem scilicet, cum actus annullatione junctum, & alterum nè tertio colligenti præjudicium pareret; Ad primum effectum litigiosius qualitas rigorose desideratur, non inducenda, nisi de rei vindicatione jure domini legitime contestata lite agatur, ideoque alia judicia possessoria, vel rei persequutoria, vel in rem scripta, multoque minus personalia, hunc effectum

119

Aut non producant; Sedis autem ad alterum effectum ordinis, & ne colligant praedictum pariter, quod sub iudiciorum sede potius cadit. i De his disc. 39. & 40. & sub tit. de dote, disc. 149. & sub tit. de iudiciis.

X.

De generalitate aliorum contractuum illicitorum, vel suspectorum nempe de sponsionibus, iudis, civitatis, vel sociis, aliisque huiusmodi; Et aliqua de transacione.

Sponsionum contractus, utpote fortunae, seu aleae eventum concernentes, generaliter, & abstracte ex veriori sententia non habent juris prohibitionem, cadentem; Vel ob fraudem usurarum, quae sub hoc pallio videntur; Vel ob aliam, simoniam, vel corruptelam, ac foridum fraudem; Sive ob specialem prohibitionem eventus, super quo sponso fiat, ut praesertim in Summi Pontificis electione, moderna lex Apostolica statuit; Aliqua dubitandi ratione cadente super his, quae matrimonii, vel respectu caelibatus libertati praedictare possunt; Adhuc tamen, ex magis recepta sententia, regula assistit validitati, limitanda ex circumstantiis, quae fraudem, vel delictum, sed legis prohibitionem redeleant.

Super inaequalitate autem, ex qua notabilis resultat laesio, nil peculiare statutum est, sed ex juris generica dispositione, laesio regulanda est, habita aestimatione futuri incerti, boni, vel respectu, mali eventus.

Major autem dubitandi ratio cadit, ubi de tempore initii contractus, iam casus evenierit, plerisque id regulantis cum terminis assecurationis mercium, ut sequito etiam casu, cuius notitia per contrahentes vel eorum alterum haberi non possit, contractus adhuc valeat; Contrarium tamen in sponsionibus receptum est, ut iam sequito casu, inutilis conventio remaneat; Itaque, ubi etiam valida sit, stricte, ac rigorose ad verborum limites capienda venit, adeo ut qualibet alterativa circumstantia, commissam stipulationem impediat; Quod tamen discrete pro partium qualitate, potissimum vero pro communi usu, vel partium verisimili voluntate regulandum videtur; Prout ex eadem facti qualitate regulanda est in spe die fraudis, cui ista contrahendi species subiacet, ideoque non de facili, certam, ac determinatam regulam recipit. K

In ludis autem, pariter certa regula statuta non est, cum pro diversitate ordinis, vel status personarum, sive pro diversis regionum, ac dominiorum legibus, vel moribus, ipsum respectu prohibito, vel permissio regulatur; Ea generali statuta regula, ut ille efficacem actionem in iudicio experibilem non tribuat victori contra victum, ne dum ex ipso ludo, eiusque lege, sed etiam ex quocumque, quantumvis alio licito contractu, vel debendi causa, in quam, id, quod ex ludi causa debebatur, transfusum sit; Moralibus relinquendo, interni fori quaestiones, an licite, tutaque conscientia, unus alterum lusorem circumveniat, ubi potissimum se magis peritum, ac ingeniosum agnoscat, adeo ut inaequalis conditio ludentium sit; Sive an retineri possit pecunia parte ex ludo cum filiisfamilias, & cum clericis praesertim regularibus, ac similibus. l

Quamvis autem jus commune non cognoverit illa contractuum barbara vocabula, quae socii, barochi, & civitatis vulgo appellantur, quia nempe cum modica pecunia, mercēs, aliaque bona, eorum valore notabiliter alterato, habita fide de pretio tribuantur totum convertendo mutuum, vel aliam debendi causam; Attamen ob fraudes, quibus nimium haec contrahendi species subiacet, iura municipalia, fere ubique, praesertim in Italia, etiam sub poenis veterant, eodem modo, quo ludus sub fide futurae solutionis prohibitus est, super hoc autem, neque certa regula statui potest, cum ex diversarum legum tenore, & uti, singulorumque casuum diversis circumstantiis deciso in quolibet casu diversa sit. m

De aliis autem alienandi, vel contrahendi prohibitionibus ad certam speciem restrictis, ubi praesertim ratione bonorum in libero commercio non existentium, realis prohibitio, sit puta beneficiorum, aliorumque iurium

ecclesiasticorum, vel spiritualium, Officiorum, aliorumque iurium regalia, ac bonorum feudalia, emphyteuticorum, vel fideicommissariorum; Sive ubi prohibitio sit ratione personae, puta inter virum, & uxorem, patrem & filium, militem, vel clericum, & concubinam cum similibus, habeatur in suis particularibus sedibus respectu.

Transacionis materiam frequenter foris audit, tam respectu validitatis, quam efficaciae, sed obligationis, ideoque duplicem habet inspectionem, quoad ipsos nempe transigentes, ac alios, qui ab eis causam habeant, & quoad tertios iure proprio a transigente independentem venientes.

In prima specie, quamvis transacionis essentialia requisita sit dubia litis existentia, cum sine lite in re clara transactio non detur, raro tamen praxis hanc speciem nullitatis docet, cum etiam his habitualis, eiusque potentia, sed probabilis timor ad id sufficiat, adeo ut unus Doctoris opinio, vel alia est levis dubietas hunc defectum tollat.

Idemque respectu alterius essentialis requisiti recipiendi commodi, vel damni respectu, ut aliquid hinc inde remittatur, & ne alias per eam tribuatur, quantum litis eventus producere possit, cum tunc Leonianum Juris dicant concordiam; Adhuc tamen frequens praxis docet, ut remissio expensarum, ipsaque recedens a lite pro huius requisiti implemento sufficiat.

Frequentes autem fori controversae super hac prima specie, illum percipiunt defectum, qui ab errore, seu falso praesupposito provenit; Vel alteram ratione laesionis, quam etiam in transacione iuxta genericos terminos enormis, vel enormissimae, adinstar emptionis, & venditionis, una opinio in Romana Curia magis recepta locum habere credit, incertum litis eventum a causa meritis, ac dubietate probabilis aestimando, quamvis altera opinio acriter id neget ob huiusmodi aestimationis impossibilitatem, vel nimium difficilem praxim.

In altera vero specie transacionis, quae tertium iure proprio independenti afficere debeat, non modica quaestio est; Hispanis simpliciter id negantibus in illis primogeniis, & maioratibus; Idemque agentibus utriusque Siciliae feudis in illis feudis; Generaliter autem potissime in Romana Curia, ea recepta est distinctio, ut a bonae, vel respectu malae fidei requisito deciso pendeat, ut bona fide accedente alicui, ac operativa sit, secus autem e contra; Bonae autem, vel malae fidei inspectio, a litis dubietate, vel probabilis eventus aestimatione pendet, ita dignoscendo, an feudi, vel emphyteutis, sed fideicommissi, similibusque juris solubilibus possessor, probi, diligentique administratoris partes gesserit; Ideoque incongruum est, ea quae circa primam transigendi speciem super levi dubietate, vel modica recompensa habeantur, sive circa laesionis qualiterem, ut enormis, vel enormissimae metam attingat, ad hanc alteram speciem adaptare, in qua circumventio pro contrahentium industria non admittitur, minisque levis dubietas, cum punctus in prudenti administratione, ut supra consistat; Atque hinc sequitur, ut facti potius, quam juris remaneat quaestio pro facti qualitate decidenda, uniformem regulam generalem non de facili admittens, nisi eam, ut praesumptio bonae fidei pro actus validitate assistat, quae iuxta praesumptionis naturam, probationis onus transfundit in actus impugnatores.

Sub alienationis autem prohibito nomine, a transactio venit, certant Scribentes; Aliquis simpliciter negantibus; Alii vero distinguuntibus, ac prohibitus retineat, vel dimittat; Alii autem indefinitè affirmantibus, istaque posterior magis recepta est, ideoque circa solemnitatem, & causam, eadem existit requisita, quae in alienatione desiderantur. n

K De his in materia sponsionum disc. 47. & 48. & sub tit. de usur. disc. 36. l Disc. 49.

m Disc. 50. in fine remissive.

n De his omnibus ad materiam transacionis hoc tit. disc. 1. & 17. cum seq. & disc. 50. Et sub tit. de feud. disc. 49. Et sub tit. de emphyteus. disc. 52. Et sub tit. de fideicommiss. disc. 173. cum plur. seq. Et sub tit. de emptione & vendit. disc. 27.

JO. BAPTISTÆ CARD. DE LUCA

Libri Septimi, Pars Quarta,

DE TUTORIBUS, CURATORIBUS, PROCURATORIBUS, ET ADMINISTRATORIBUS.

SPOLETANA TUTELÆ PRO PAULO FRANFANELLO CUM MARGARITA FONTANA.

Causa disputata coram A.C. & resoluta ut infra.

An cessato per mortem, vel impedimento, uno ex duobus tutoribus testamentariis, tutela consolidetur in superstiti, Vel potius debeat alter a Iudice subrogari.

S U M M A R I U M.

- 1 F Acti series.
2 An legatum factum uxori importet alimenta, vel usufructum formalem, remissive.
3 Quod manus tutela sit potius damnosum, ac praedictale, ideoque non affectandum, atque affectatio causae suspensiva.
4 De quaestione, an mortuo, vel alias cessato uno ex tutoribus, debeat alter subrogari.
5 Ut id decedi debeat exacti qualitate, & circumstantiis.
6 An expedit, unum, vel plures tutores adesse.
7 De rationibus, ex quibus in hac facti specie non debuit set alter subrogari.

D I S C I.

ALexius Franfanelus, institutus haeredibus, Maria Victoria filia ex primo matrimonio, & ventre pregnantis Margaritae uxoris, quam donnam, madonnam, & usufructuariam reliquit &c. Tutores reliquit, Felicem ejus germanum fratrem, & profectum in Religione Minorum Conventualium, & Paulum agnatum, quem in virum dictae filiae jam destinaverat; Cumque mortuo testatore, dictum matrimonium sequutum esset, atque ex ventre pregnantis prodisset alio femina, dictus autem religiosus non posset tutelam acceptare, unde propterea illam Paulus accepit, atque ser. ser. exercere cepit. Hinc duplex orta est controversia, inter Paulum, ac dictam ejus uxoris novercam. Primò scilicet super qualitate legati praedicti, an importaret solum alimenta, vel formalem usufructum, Et secundò, super tutela, quam dicta mulier praetendebat sibi decerni in locum dicti religiosi impediti, Et introducta causa coram A. C. per appellationem a Iudice de partibus, prodit sententia, per quam dicta mulier declarata fuit alimentaria tantum, ac etiam deputata contutrix in locum deficientis, Et quamvis occasione ejusdem mandati de manutenuendo in possessione bonorum, commissa causa in Rota coram Priolo, vnicuique habitata fuisset disputatio in solo possessorio, nulla tamen capta fuit resolutio, quia mandatum fuit videri de bono iure, postea vero, (me quoque consulente,) concordia dedit finem controversiae.

Major autem disputatio fuit super dicto puncto legati, in quo deducebantur hinc inde quae habentur in materia deducta sub tit. de serv. ad materiam usufructus disc. 50. ubi patet quod illa sit juris voluntatis, & consequenter facti potius, quam facti, ideoque certam, ac uniformem regulam generalem non recipiat, sed pro facti qualitate, ac circumstantiis decidenda sit.

Aliqua vero disputatio coram A. C. tantum, fuit super hoc puncto tutela, sed modica, dum Egomet consulti Paulolo, pro quo scribebam, ut daret manus, ut daret libenter acce-

paret in contutricem matrem dictae pupillae, (dum ejus uxor jam hoc medio tempore pubes effecta erat.); Quinimò ubi non urgeret ejus uxoris interesse super bona administratione bonorum, ratione substitutionis ad ejus favorem, consultissem, quod omnimodam tutelam matri dimitteret, ipseque ab ejus onere se liberaret, cum non videretur manus desiderabile, utpote in viris probis, & qui cum furto, ex bonis pupillorum locupletari non affectant, aliud causare non solum, nisi lites, ac molestias, & grave interesse, ratione negligentiarum quas lex in tutoribus istam puni; Ideoque habemus in iure, quod oportuit istud munus reddere necessarium, adeoque agitur de materia excusationis, cum verè non sit desiderabile; Idque causa est, quod in Curia huiusmodi quaestiones super tutela pertinentia nimium rarae sint; Et tamen in aliquibus regionibus illae cernuntur adeo frequentes, atque longae dispendiosae lites accerrimè desuper sustentantur, quod, excepto casu interesse, quod resultat ratione substitutionis, vel (ubi agitur de puellis divitibus) ratione matrimonii, deberet suspensio legitimam causam inducere, ac Iudicibus exclusionem utriusque suadere.

In hac autem disputatione super dicto puncto, an per mortem, vel aliud impedimentum, seu excusationem, non acceptante, vel post acceptationem deficienti uno ex tutoribus testamentariis, per jus non decrecenti, tutela consolidetur in superstiti, vel potius aperiatur jus legitimo tutore petendi se adungi, sive petendi a Iudice alterum subrogari; Dicebam (etiam in sensu veritatis) quod quamvis deluper scribentes, (ut in omni materia) per ingeniorum diveritate variaverint, ut patet ex deductis infra disc. 11. & ex aliis relatis per infra allegandos.

Attamen verè ista non est quaestio juris, sed pariter facti, utpote prudentis Iudicis arbitrio rem sita, regulando ex quantitate, & qualitate patrimonii, & qualitate tutoris superstitis, aliisque circumstantiis, ex quibus, idem arbitrium regulari debet, an scilicet unus sit sufficiens, vel adjuncti opera requiratur necne, ut admodum Bald. cons. 489. lib. 4. num. 1. & sequuntur Socini. cons. 193. lib. 2. bene Franch. decis. 214. & alii quos cumulatim Adden. ad Franch. & Giurb. observ. 3. num. 25. Unde Rota apud Buratt. dec. 389. num. 7. cum seq. agnoscendo, quod ex facti qualitate unus sufficiebat, alterius subrogationem denegavit.

Et quidem punctus problematicus est; Pluralitatem etenim tutorem suadet ratio, quod plus videri oculi quam oculus, quodque unus supplere potest negligentias alterius; Ac etiam quod ira non tribuitur licentia unico tutore occupandi bona pupilli, eumque defraudandi; In contrarium vero urget propositio, ut quod commune est negligitur; Ac etiam quia magis expedit pupillo habere unam, quam duas sanguifugas.

In hac autem facti specie, de stricto jure, tria concurrerant, ex quibus petita subrogatio matri denegari debuisset; Primò scilicet, quia bonorum quantitas, ac etiam qualitas excluderet necessitatem huiusmodi pluralitatis, ac suadebat quod unus sufficeret; Secundò, quia constabat de voluntate testatoris, ut etiam unus administraret, dum Paulus relictus fuerat tutor, quatenus dictum matrimonium sequeretur, & non aliàs, unde quando sequutum non esset, solus ipse testatoris frater deputatus erat, quem sufficientem reputavit, quamvis effectus religiosus, igitur multo magis erat sufficiens saecularis; Et tertio demum, quod dum testator, secundae uxoris memor fuit, illamque etiam alimentariam ut supra reliquit, tutricem